Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26088
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ad hunc carcerē huc vsq; uenirē. q̄tenꝰ te de his miseriis. de
his tormentis & tenebris liberarē. Iudicē me ēē culpa tua
fecit. ut te tādiu ita derelinq̄rē. necessitas delicti tui cōpu
lit. Q̄d agerē iustꝰ. n̄ ut dapnaretur iniustꝰ. Si te ꝑ po
tentiā eriperē. iusticiā utiq; amisissē. Coactꝰ sū amore
tuo. pugnare cū aduersario tuo. Sustinui globos
uteri uirginalis. accepi sortē tuā. auspicatꝰ sū infan
tiā. iacui in p̄sepio. fleui. dormiui. uigilaui. creui.
esuriē sitimq; sustinui. Q̄e fuit rogo tanta cupiditas
pomi. ut meoꝝ p̄ceptoꝝ obliti int̄ ipsa p̄ncipia peri
retis. Debui q̄dē ingtos ęternis donare suppliciis. s; fateor
uicit me pietas. Non anglm misi. s; ego ipse ꝓpter te
descendi. ꝑ misi me occidi. ac sic ad inferos istos ueni.
Exite nc̄ uincti. exsurgite miseri. respirate captiui.
deponite luctū & mesticiā. intrate in gaudiū & leti
ciam. Ecce ignota lux uob fulget. ecce lucis & refrigerii
rores infundo. ecce nodos om̄s catenasq; disrūpo. ecce
tartareas sedes noctēq; ꝓfunda. fetidūq; chaos extīmino.
Sufficiant exactę penę. fouebit uos maiestas mea. cū
in celo fuerit caro mea. Igitur pꝰ auditas beatoꝝ spirituū
p̄ces. pꝰ cōpositas inferni leges. pꝰ dimersos alta uoragine
tortores. iudex xp̄c & dn̄s nr̄ hodie ab īferis laureatus
exiuit. Nec candidatū officiū defuit. s; leta cū p̄ncipe
suo om̄is beatoꝝ toga ꝓcessit. Repedet ḡ ad stadiū suū
triumphator gloriosissimꝰ iterū uiuus. ut nouerit om̄is
mundꝰ q̄a rediit ab inferis dn̄s ihc. Glorientur ḡ omnes
credentes. plaudant manibꝰ om̄s gentes. q̄a rex nr̄
& in sclo triumphauit. & inferos uicit. ;; AVḠ EP̄I.